

## **Terms and Conditions**

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

### Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

### Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

Quando fodi-  
enda in vsum  
Liboripari.  
D in 5 sub  
Horizonte.  
Quomodo fodi-  
enda, vt Sal inde  
conficiatur, ad  
vulnera & vlce-  
ra purganda?  
Maio M.  
m gr. 1. asc. D  
infra Horiz.  
O in 8. D.  
2. }  
Z in II

rum viscositates induratas (vt calculos & arenu-  
las) soluere atq; expellere optemus, nullum fossioni  
tempus accomodatius est, quam Luna dū in Can-  
cro existit sub Horizonte latente. PORRO plan-  
ta integra (radix nimirum, herba flores, & semen)  
si mense Maio, gradu Scorpionis primo supra Ho-  
rizontem nostrum euecto, Luna vero in hemicy-  
clio inferiore degēte, atq; Sole in Domo septima, o-  
ctaua vel nona cum Ioue & Venere Geminos per-  
agrante, colligatur: & desiccata atq; minutim con-  
cisa, aceto vinaceo acerrimo per dies triginta mace-

retur: hinc rursus exiccata, & in vasculo probe ob-  
turato fornaci figulinae vel lateritiae comissa, in ci-  
neres candidos exuratur: hoc autē factō acetū atē in  
maceratione vsurpatum, cineribus illis infundatur,  
Tū primo inde lixiuū, ex hoc vero (vbi id per Fil-  
trū quā mundissimē fuerit defecatum, atq; in fictili  
vitrate excoctum) Sal venustum efficitur: quod  
carnem vulnerū & vlcera putridam sine dolore  
& periculo extergit, atq; ita purgatione pera-  
cta sanationem facilem praestat.

### Caput vicesimum quintum.

#### DE PETROSELINO SOBOLE, QVOD ALIAS PETROSELI- NUM GERMANICVM ET HORTENSE, ALIAS VERO OLIXATRV M APPELLATVR.

##### GENVS, PATRIA, NOMEN.

AVTHORES  
qui de Petrose-  
lino satiuo scrip-  
ser.

NOMEN.  
Carpus  
Πετροσελί-  
νον κηραϊον.  
Apium satiuum  
Serapionis.  
Petroselini hoc  
Perse Syriacē

Cerbel Arabes  
Asilis nomināt  
GENVS,  
Hippofelinum  
Sobolis loco sta-  
tuitur, Oreoseli-  
num Faeminae,  
Aestretoticum  
maris.  
Petroselinum sa-  
tiuū vnde Ara-  
bice Carls di-  
ctum.

Carphs forte a  
Charephollo mu-  
tuatum existima-  
tur.  
Appellationes  
plantae huius,  
Polonicae, His-  
panicae, Italicae,  
Gallicae, Vanda-  
lica, Bohemicae,  
& Paracelsi.  
PATRIA.

**P**LANTAM hanc notitia tri-  
nialis, & vsus nullibi non gratissi-  
mi, ex Veteribus describere Theo-  
phrastus lib. 2. cap. 5. post hunc Co-  
lumella lib. 12. cap. 3. & Dioscorides  
lib. 3. cap. 77. eamq; Πετροσελίον κηραϊον siue satiu-  
um aut hortense, appellarunt. An vero eadem sit  
Apium satiuum, de quo Serapio cap. 280. differit, a-  
liorum iudicium esto. Quod autem hic animaduer-  
tendum venit, Galenus libro 8. meth. Hippofelinū  
virium potentia ab Oreoselino superari affirmat.  
Quae res cum ita sit, ideo vt Oreoselinum quidem lo-  
co Faeminae, Eleoselinum vero siue Aestretoticum  
(vtpote robore efficaciae praestantissimum) loco  
maris: ita hoc, loco Sobolis haud inconsulto collo-  
care videmur. Quemad-  
modum vero in histo-  
ria Cumini modo expo-  
sita, de nomine Caruia:  
sic quoq; de appellatione  
Arabica Karpus &  
Karphe plantae praesen-  
tis, an ea à Charephollo (cuius ab hoc in similitudi-  
ne diuersitas est admodum parua) mutuatione ad  
Petroselinum istud transferit, haud immerito au-  
sim suspicari. Sed quāuis me non fugiat: S. Monste-

rum (Virum peritia linguae Hebraicae excellenti  
instructum) nomen Carphs Apio tribuere:  
Tamē cū manifestum sit, Charephyllon cū Apio  
tā quo ad formam quā quo ad vires, cognationem  
quidem sed tamen genus distinctum habere, Exi-  
stimo itaq; ei nomen suum proprium (cum in super  
Perse, illud ipsum hoc etiam seculo idiomate lin-  
guae Syriacae Cerbel nomen) re-  
linquendum: Petroselino vero huic Arabicum As-  
siliis (quod aliqui Apio palustri tribuendum puta-  
runt) accommodandum. Veruntamen hac in re, nul-  
lam cuiquam sentiendi legem praescribam, sed plan-  
tā nomē Karpus, et (q. ei Dioscori. tribuit) πετρο-  
σελίον κηραϊον, gerere sinam. Porro, ad reliquas  
appellationes quod attinet, dicitur hoc Petrose-  
linum Polonis Pietruska, Hispanis Perslye,  
Italis Perexil, Gallis  
Persemolo, Vandalis  
Persilia & Persilie,  
Bohemis Petrel. Para-  
celso deniq; Hauspeter-

##### SIGNATVRA GENERALIS.



IMAGINCVLAM pueri huc integram  
adduximus, vt partes corporis ipsius tam interiores  
quam exteriores, copendiosius significaremus. Plan-  
ta enim praesens, cum omnes qui in eo concreuerunt  
humores viscosos, rophos, & calculos (cuiuscunq; no-  
minis ij fuerint) resoluat et expellat, Nulla itaq; alia  
conuenientior aut similitudine conformior existere  
visa est, quam Signaturae partium illarum omnium (vt eas corpus  
mutua conexione simul iunctas sustinet) accommodaremus.

lin est appellatum. De patria vero & natalibus  
eius, cum vbiq; locorum proueniat, non opus est,  
certos aliquos regionum tractus enumerare.

##### FORMA, CONSTELLATIO, ET QV ALITAS PETROSELINI SOBOLIS.

FORMA.

PETROSELINVM ergo hoc vulga-  
re, & tam Germania & Italia quam regionibus

alijs notissimum, folijs primum geminis, usq; exis-  
libus, & (exemplo Charephylli, Spinachiae & A-  
nisi